Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



canticum nouum cantate domino omnis terra. Oratione pli tua. ut s.
In diebus illis. Factus est sermo domini ad me dicens. Lec. Jeremie phe.
Quid est quod inter uos parabolam uertitis in prouerbium istud in
terra israel dicentes. patres comederunt uuam acerbam. et dentes
filiorum obstupescunt? Viuo ego dicit dominus si ultra erit hec fa
bula. in prouerbium israel. Ecce omnes anime mee sunt. Vt anima
patris. ita et anima filii mea est. Anima quæ peccauerit. ipsa mo
rietur. Et uir si fuerit iustus et fecerit iudicium et iustitiam.
in montibus non comederit. et oculos suos leuauerit ad idola do
mus israel. et uxorem proximi sui non uiolauerit. et ad mulie
rem menstruatam non accesserit. et hominem non contristauerit.
pignus debitori reddiderit. per uim nichil rapuerit. panem suum
esurienti dederit. et nudum cooperuerit uestimento. ad usuram
non commodauerit. et amplius non acceperit. ab iniquitate auferre
ut manum suam. iudicium uerum faciat inter uirum et uirum. in pre
ceptis meis ambulauerit. et iudicia mea custodierit ut fa
ciat ueritatem. hic iustus est. uita uiuet. Dicit dominus omnipotens. Gra.
Custodi me domine ut pupillam oculi sub umbra alarum tuarum
protege me. ℣ De uultu tuo iudicium meum prodeat oculi tui
videant equitatem.
Tractus. Egressus ihesus secessit in partes tyri. Lectio in dom.
Semiuisce. Off. In medio ecclesie aperuit os suum. et implebitur spiritu
ut angelus domini in conspectu eius. alleluia. Sec. Suscipe ca
tera omnipotens deus munera quæ ieiunantes de tue munificentiae